

in actu.

**F**orma s<sup>m</sup> distinctionem separatur a materia: sed non s<sup>m</sup> esse: quia im- possibile est forma a materia separari s<sup>m</sup> esse.

Esse materie medium est inter esse in actu: et non esse.

Forma est que dat esse rei.

Corpora celestia non habent materiam que sit in potentiam ad corruptionem: sed materia coruz est ens actu. s. corpus. et ideo dignius habet hoc nomen subiectuz quaz materia.

Sicut transmutatio fecit scire materiam: sic operatio fecit scire formam.

Exitus alicuius de potentia in actum: non largitur ei multitudinem: sed perfectionez

Noni metaphisice.

**D**uplex est potentia. s. actiua et passiua: potentia actiua est principiu trā mutandi aliud in quantum aliud.

Potentia passiuā est principium transmutā di ab alio in quantum aliud.

Nihil agit in seipso: nec patitur a seipso.

Potentia rationalis valet ad opposita. potē tia irrationalis nō.

Eadem est scientia contrariozum.

Nihil fit quod est impossibile fieri.

Actus simpliciter precedit potentiam: sed in vno indiuiduo potentia precedit actum.

Duplex est operatio: quedam est transiens in materiam extra: vt edificatio et ista dicitur factio: quam manens intra oporatē: vt visio intellecto: et ista dicitur actio.

Sempiternum prius est corruptibili.

Non est timendus qd celuz stet: hoc est a motu quiescat.

Materia cuius esse est in potentia: est causa fatigationis.

Actus melior est potētia in bonis: sed in malis potentia melior est actu quod patet: qz actus esse sanum melius qz posse fieri sanū sed posse fieri infirmum melius est qz actus esse infirmum.

In eternis non est malū: nec corruptio: nec peccatum.

Malum semper sequitur potentiaz: vnde circa eam causatur error.

Omne quod cognoscitur: cognoscitur s; qd est in actu.

Circa entia in vere actu. s. circa substantia separatas non fit deceptio: sed ignorantia non tamen talis qualis est cecitas.

Commentatoris.

**N**ihil agit aliqz actionem ad quā nō nō habet potentiam.

Qui tollit a reb<sup>s</sup> suas pprias actiones tollit ab eis suas pprias essentias

Quicqz ponit vnum agens esse quod agit omnia tollit a rebus suas pprias actiones. nec habent cerebrum aptum natura/ liter ad bonum.

Primum quodqz entium vltur actione sibi ppria.

Decimi metaphisice.

**I**n vnoquoque genere est dare ali/ quod primum quod est metrum et mensura omnium que sunt in illo genere.

Mensura primo conuenit quantitati: et per ipsaz consequenter conuenit alijs.

Mensura m debet esse homogenea mensu/ rato suo idest eiusdem generis.

Numerus est vnitatum pluralitas.

Contraria sunt que sub eodem genere possi/ ta maxime a se distant. et eidez susceptibili vicissim insunt.

Privatio et habitus radix sunt contrarioz

Primum tantum contrarium est vni.

Numerus est multitudo ab vno mensu/

rata.

Media sunt in eodem genere cum extre/ mis.

Materia negatione ostenditur. idest cognos/ citur per priuationem formarum.

Femina et vir non differunt specie sed sunt idem in specie.

Asculinum et femininum sunt differentia sexus animalis.

**C**ontractas secundum formam facit diuer-  
sitate[m] specificam: sed contractas secundum  
materiã non facit diuersitate[m] specificam  
sed numeralem.

**C**orruptibile et incorruptibile plus differunt  
quam genere hoc est verum genere phy-  
sico non logico.

**A**ccidens contingit esse et non esse.

*Commentatoris.*

**M**ensura cuiuslibet rei, est sui gene-  
ris.

**P**rimum in genere substantie est  
primus motor qui est actus purus absq[ue]  
potentia.

*Undecimi metaphisice.*

**O**mnis substantia sensibilis est mu-  
tabilis.

**Q**uecunq[ue] transmutatur habent  
materiam.

**G**eneratio fit ex ente in potentia.

**T**ria sunt principia rerum naturalium. scilicet  
licet materia: forma et priuatio.

**M**ateria non fit: nec forma fit sed totum com-  
positum.

**A**s est principium in alio sed natura est prin-  
cipium in seipso.

**T**riplex est substantia: materia forma: et com-  
positum.

**N**ulla forma est ante materiam suam: sed q[ui]  
daz post materiam. vt anima. non tamen  
omnis anima. sed intellectiua.

**D**iuersorum diuersa sunt principia.

**M**otus celi est eternus.

**P**rimus motor est actus purus sine omni  
potentia. substantia sine omni accidente.  
simplex sine omni compositione. immobi-  
lis impassibilis et eternus.

**P**rimus motor mouet sicut amatum et desi-  
deratum.

**A** primo principio dependet celum et tota  
natura

**S**peculatio est bonum et optimum acceptis-  
simum et delectabilissimum

**D**eum dicimus esse aial sempiternum et optimum

**A**ctio intellectus est vita.

**P**rimus motor nullam habet magnitudinẽ  
corporalem.

**I**mpossibile est in magnitudine finita eẽ po-  
tentiam infinitam.

**S**ellarum natura est eterna.

**I**mpossibile est aliquas esse substantias se-  
peratas nõ mouentes.

**U**num tantum est celum et non plures.

**P**rimum principium nihil extra se intelligit

**I**nsperatis a materia idem est intellectus et  
intelligibile:

**B**onum vniuersi consistit in ordinatione:  
quia oia ordinẽ habet licet diuerso modo

**E**tiam bonum vniuersi consistit in primo  
principio ad quod omnia ordinatur.

**E**ntia nolunt male disponi: nec est bonum plu-  
ralitas principatium: vnus ergo princeps

*Commentatoris.*

**V**niuersalia apud Aristotelem sunt  
collecta a particularibus secundum  
intellectum ab intellectu qui colligit  
et concepit inter ea similitudinem: et facit  
ea vnã intentionem.

**N**atura non agit nisi mota a causis superio-  
ribus que sunt deus et intelligentie.

**O**pus nature est opus intelligentie.

**Q**uicquid est in materia in potentia passua  
est in morte primo in potentia actiua.

**C**orpora celestia sunt anima: et non habent  
de virtutib[us] nisi intellectu aie et voluntatẽ.

**I**n seperatis a materia idẽ est efficiẽs et finis

**N**on est idẽ quod de primo principio intel-  
ligit motor saturni: cum eo quod intelligit  
motor primi mobilis..

**V**ltima felicitas hominis est per continuatio-  
nem cum intellectu seperato.

**I**n seperatis a materia idem est disponens  
et dispositum.

**O**mnis terminus concretus duo significat  
scilicet formam et subiectum illius forme.

**S**cientia dei causat res: sed nostra causatur  
a rebus.

**P**rima dispositio intelligentiarum consistit  
in mouendo: vnde si aliqua esset non mo-  
uens illa esset ociosa.